

† Anno (*in maiuscola*) ab Incarnatione domini nostri ihesu christi Millesimo Trecentesimo vicesimo septimo Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum octavo decimo Mense Ianuarii die Nono eiusdem decime Indictionis apud Barolum. Nos Gulloctus (*sic*) Marescalcus f. qd. magistri petri ferrari et Cobella f. Magistri Gualterii sellarii vir et uxor barolitani cives Coram Nicolao Bertono Regali baroli Iudice, Angelo Nicolai de flore puplico eiusdem terre notario et testibus subnotatis licteratis *etc.* ego quidem mulier prius ab eodem Iudice legi-liter inquisita et absoluta in tota huius scripti continentia consensu quoque et auctoritate dicti viri mei Tibi Iohanni de la gullieri nostro concivi presenti recipi-entи pro te et tuis heredibus voluntarie cum tota iuris sollepnitate vendidimus et per fustem tradidimus vineam unam nostram et ordines viginti vituum quadriginales sistentes in pertinentiis baroli in Cluso fundi Crapelle cum parte con-tingente eamdem vineam et ordines in palmento pila et Curti sistentibus in eodem Cluso iuxta viam puplicam iuxta vineam angeli magnacte pastoris et alias confines que vinea et ordines sunt inter hos fines videlicet a medio limite iuxta vineam Mey f. qd. Angeli de Recidente a medio limite iuxta vineam Thomasii de no-tario Ricchardo a medio limite iuxta vineam dotales (*sic*) Rogerii de notario Ambrosio et alias confines. Ex qua nostra venditione et traditione a te *etc.* pre-sentialiter manualiter recepi et habui in Karolenis argenti boni et iusti ponderis duobus pro tareno quolibet computatis Tarenos viginti unius ponderis generalis totum scilicet pretium venditionis et traditionis *etc.* Quatinus a presenti *etc.* Guadiam quoque tibi dedimus *etc.* salvo Censu tareni unius et gragorum quatuor in argento debito annuatim per ipsam vineam maiori Ecclesie baroli et salva decima vini musti que debetur annuatim pro reliquis ordinibus viginti, heredibus qd. Riccardi de Gattis de barolo denunciandi necessitatem *etc.* dedimus plenariam potestatem capiendi et ingrediendi dictam vineam *etc.* obligavimus omnia bona nostra *etc.* et specialiter unam vineam nostram et ordines viginti sistentes in Cluso Calna-role a duabus partibus ipsius vinee Iudicis Iohannis Camberlingi iuxta vineam heredum qd. Raynaldi de poma et alias confines cum potestate capiendi *etc.* Contra que si fecerimus pene nomine componamus vobis Tarenorum auri quindecim et totidem Regie Curie *etc.* Renuntiando omnibus *etc.* consuetudini Baroli qua cavetur quod pena apposita in contractu nullum sortiatur effectum, Beneficio senatus consultus vellerani singulisque aliis *etc.* Maioris quoque securitatis causa iuravimus tibi super sancta dei evangelia *etc.* Quod scripsi ego predictus Angelus puplicus baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Nicolaus Bertonus q. s. Iudex. (*Segno*).

† Franciscus Nicolai de flore puplicus Baroli notarius testatur.

† Robertus de peregrino puplicus Baroli notarius testatur.

† Leonardus manganus puplicus Baroli notarius testatur.

#### *Notitia testium:*

Iohannes Bonolillus de flore.